Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



196

ones · hoc est · ad tua mandata · quae ego propter retributionem uitae aeternae facere propria uoluntate decreui 7

num · propter retributionem 7

SAMECH · ADIUTORIŪ 7

Catholicum examen iniquos odio sibi fuisse dicit · legem uero dn̄i sedilexisse · petens ut ab eo susceptus mala sc̄li euadat · nomenq· littere exponit · cum dicit adiuua me 7

Samech · adiutorium · uel resopinatio 7

Iniquos hodio habui · non natura quia homines erant · sed uicia et peccata quibus legi dī contrarii fuerant · quam ego diligo sicut tu praecepisti ut opere impleam 7

INIQUOS ODIO habui · & legem tuam dilexi 7

Adiutor & susceptor meus es tu · in uerbum tuum super speraui 7

Declinate a me maligni · & scrutabor mandata dī mei 7

Suscipe me secundū eloquium tuum & uiuam · & non confundas me ab expectatione mea

Adiuua me & saluus ero · & meditabor in iustificationibus tuis ✳ semper : 7

Adiutor in praesenti ad implenda mandata · quō sine ei adiutorio nec inchoare quicquam boni possumus nec implere praeualemus 7 Susceptor · in futuro sc̄lo 7 et in uerbum tuum speraui · me, hoc est in xp̄m qui ē p̄sidium summum tuae dītatis 7

Petit se sc̄a cohors effugatis perfidis ad nō suscipi · ut possit eius p̄missione saluari 7 cum dicit uiuam · futurum tempus ostendit 7 hic enim uere non uiuitur · ubi fragilitas carnis peccatur 7 expectatio itaq· sc̄orum est · caelorum regna · angelorum consortia promereri 7

Declinate a me maligni · hoc sunt daemones uiciaq· et peccata 7 quam diu enim ipsi tibi tendiculas praeparant · et suggestiones possimas · non potes scrutare mandata dī tui · nec idonei inueniri possumus · ubi totis animae uiribus occupamur 7

Auxilium rogat in anima prophetae · sibi uenire de xp̄o 7 addidit 7 et meditabor in iustificationibus tuis · Causam reddit obsequii · quia quā diu in hoc sc̄lo sumus · et a peccatis liberi ēē non possumus · decet enim nos in ista semper